los accedat; sed tanti est ne

toto divisos orbe britannos in Belgio lit-
tore nidificantes videant, neve Gallos nimium
vicinos habeant.

Sueci, qui modo tot hostibus impares futuri vide- 5 Decemb.
bantur; Austriacis, Polonis, Danis, Moscis, etiam
à Socio Brandenburgico, iniquissimo tempore
deserti, expugnata fridericoda novas vires re-
sumpturi videntur.

Turcæ cum 180000 exercitu ad Albam Rega-
lem in Hungaria subsistentes, metu et suspi-
cionibus vicinos terrent.

Exules Urbium Neapolitanarum, quos Ban- 24. Decemb.
ditos vulgo vocant, cæsis IIICIↃ militibus
quos pro Rege in eos miserat, a successu auda-
ciam sumentes, et ab aliis præsentium tædio
et novarum rerum cupidine instigati, Ande-
gavensem Regis Galliæ fratrem, Regem sibi
ascituri dicuntur: quod non videtur, satis fir-
mum fundamentum, cui superstruere Galli
consilia sua velint.

Antonius Barberinus Cardinalis in Italia et
firmandis et alliciendis in Gallorum amicitiam